CANCELL.*
MARTIS B.*.*
1718.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166481-p0001-1

V. L. i. 76.
28.
~~XXVIII 9. a~~

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166481-p0002-6

13

DISSERTATIO JURIDICA
DE

# INSTRUMENTIS INDISCRETIS

QUAM
occaſione
*L. 25. in fin. ff. de Probat. Cap. Si cautio 14. X. de Fid. Inſtrum. collato Jure Statut. Hamburg. p. I. Tit. 20. art. 2.*
AUSPICIIS DIVINIS
*IN ILLUSTRI JULIA*
PRÆSIDE

## GEORGIO ENGELBRECHT

JURIUM DOCTORANDO INSTITUTIONUM ET JURIS CRIMINALIS PROFESSORE PUBL. ET ORDINARIO
A. D. VII. SEPTEMBRIS ANNI MDCCVII.
*IN JULEO MAJORI*
Eruditorum ventilationi P.P.

## MARTIN LUCAS SCHELE

HAMBURGENSIS.

(o)

*HELMESTADII,*
Typis GEORGII WOLFGANGI HAMMII, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166481-p0003-2

*Q. D. B. V.*

# SECTIO PRIMA

*DE*

## *NATVRA ET INDOLE INSTRVMENTORVM IN GENERE ET IN SPECIE INDISCRETORVM.*

### Summaria.


§. 1. *Non ultima Juriſprudentiæ pars conſiſtit in cavendo.*

§. 2. *Auctores laudati, qui hanc diſciplinam enuclearunt.*

§. 3. *Indagantur fundamenta, quibus noſtrum argumentum innititur.*

§. 4. *Explicantur vocabula inſcriptionis.*

§. 5. *Adducuntur diviſiones inſtrumentorum in genere, & quæ ſint publica?*

§. 6. *Quæ ſint privata? Quæ liquida? guarentigiata?*

§. 7. *Inſtrumenta indiſcreta deſcribuntur, notata ſimul eorum ſede.*

§. 8. *Non ſolum quæ nullam cauſam, ſed & quæ generalem continent, pro indiſcretis habenda.*

§. 9. *Aliud, ſi cauſa ita circumſcripta, ut de ea conſtare poſſit.*

§. 10. *Recenſentur nonnullæ inſtrumentorum indiſcretorum ſpecies.*


I.

QVum Juriſprudentia omnis duabus partibus abſolvitur interpretatione, & applicatione juris; tum vero hæc ipſa applicatio non ſolum conſiſtit in judicando, agendo, & litem in judicio perſequendo; ſed præcipue arte cavendi, hoc eſt conſulendi



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166481-p0005-3

quibus modis, formulis, atque cautelis innocuis negotia & juſte valideque, & ex re agentis gerenda. Complexus hanc rem omnem eleganti verborum compendio M. Tullius (*a*) in JCto requirens, *ut legum & conſuetudinis ejus, qua privati in civitate* (adde & ejusdem rectores) *utuntur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus ſit:* (*b*) Equidem non deſunt inter eruditos, qui hanc diſciplinam cautelarum, ut ſubdolam, atque fraudium magiſtram, abominantur. (*c*) Attamen cum adeo fluxa ſit mortalium fides; interdum utilis eſt ad litium anfractus ſuccidendos; interdum neceſſaria ad fallaciarum caſſes eludendos. Hinc Perſeus, ut auctor eſt Plutarchus, cum noto cuidam daret pecuniam, cautionem fecit in foro apud menſarium. Hanc cautionem cum amicus admirans diceret: *Adeone legaliter Perſee? Scilicet, inquit, ut amanter* (φιλικῶς) *recipiam, nec legaliter* (νομικῶς) *repoſcam.*

II.

Unde non immerito illorum opera æſtimanda, qui jurisprudentiam caventem, vel, ut alias vocatur, cautelarum, & remediorum (*d*) tum olim, tum hac noſtra ætate profeſſa opera excoluere. Inter veteres familiam ducit Herennius Modeſtinus non contemnendæ auctoritatis

(*a*) *L. 1. de Oratore.*

(*b*) Conf. Jo. Schilter *Prax. Jur. Rom. Ex. 1. §. 4.* Ulric. Huber. *Prælect. ad Digeſt. tit. Præſcript. verb. §. 2.* Dn. Hertius *Diſſ. de Jurispr. Cavente Sect. I. §. 3.*

(*c*) Quo etiam facere videtur *Receſſ. Imp. de A. 1654. §. 96.* zu dermahliger &c. verb. auch befliſſentlich ſuchender Räncken und Vervortheilungen &c.

(*d*) Hoc ſenſu vocem remedii uſurpavit Ulpianus in *l. 3. §. 2. ff. de Stat. liber.* & Pomponius in *l. 66. ff. de Jur. Dot.*

ritatis JCtus (*e*) qui peculiari libro περὶ ἐνρεματικῶν hanc diſciplinam complexus eſt. Hujus fractas quasdam tabulas ex univerſali JCtorum Romanorum naufragio pandectæ nobis ſervarunt, (*f*) quæ collectæ proſtant a Dionyſio Gothofredo & commentario cultiſſimo illuſtratæ a Jo. Schiltero. Excepere hunc ſequiori ætate Jo. de Deo Hiſpanus, Bartholus Cœpolla Italus, aliique; de Arnono, P. Peruſinus, T. Ferratus, J. D. Durantis, A. Blancus, quorum aliquos Raymundi Pii Fichardi JC. Francofurt. plures P. Cornelii Brederodii JCti Belgici cura conſociati prodiere. De his ingenuum eſt Franciſci Duareni judicium (*g*) ἐνρεματικῶν *libros nonnulli ex barbaris conſcripſerunt, ſed commentis partim frigidis & ineptis, partim vafris & veteratoriis refertos, ut eos ſtudioſorum lectione prorſus indignos cenſeam.* (*h*) Hac noſtra vero ætate artem hanc non una in parte a ſorde & fæcibus illis repurgavit ill. Strykius. (*i*) Neque vero animus eſt de variis cautelis, vel neceſſariis, vel utilibus, vel abundantibus, hic diſquirere; ſed de inſtrumentis indiſcretis acturi ex innumeris aliis famoſam illam cautelam de cauſa debendi in obligationibus exprimenda, & qualem potiſſimum effectum ejusdem omiſſio habeat, diſſertatione Academica ſumus excusſuri.

 III.

(*e*) v. *l. 3. C. ad Exhibend.*

(*f*) *l. 45 SCtum Trebell. l. 58 ſol. matrim. & alibi.* add. Cujac. XII. Obſ. 32.

(*g*) *ad. l. 25. D. ſolut. matrim.*

(*h*) add. Hortlederus *de Rat. legis publ. in fin.* Oldendorp. *Claſſ. I. Act. 9. p. 93.* vid. tamen Idem *Claſſ. IV. Act. 1. ſingul. 11. p. 430.* collato Fichardo *Præf. de Uſu Cautelarum.* Dn. de Lyncker. *Inſtruct. Forenſ. L. II. S. II. p. II.*

(*i*) Tract *de Cautelis Contractuum, Teſtamentorum* & habitis ſub Ejusdem præſidiis *Diſſ. de Cautelis Juramentorum, & Clauſulis in Contractibus Feudalibus occurrere ſolitis.*

III.

Ut igitur rem a primis ſuis principiis arceſſamus, illud omnino notari meretur, quod, quicquid de cauſa debendi in promiſſionibus exprimenda, & inſtrumentis indiſcretis in legibus occurrat, juri poſitivo unice ſuam debeat originem. Jure enim naturali omnes promiſſiones ſerio ſuper rebus licitis factæ validæ ſunt, & ſubſiſtunt, licet nulla cauſa exprimatur. (*k*) Obſervat id ipſum ſummus Grotius: (*l*) *Hoc quoque omittendum non eſt, ne jura civilia cum naturali jure confundantur, neque promiſſiones, quæ cauſam expreſſam non habent, naturaliter eſſe irritas, non magis quam rerum donationes.* (*m*) Indeque eſt, quod variis locorum ſtatutis diſpoſitum, & conſvetudine introductum ſit, ut cauſæ debendi omiſſio inſtrumentorum fidem atque probationem haut infringat, qualium plura exempla ſectione tertia in medium afferentur.

IV.

Inſcriptionem noſtræ diſſertationis quod attinet, ſumitur vox *inſtrumenti* (I) Late pro omni adminiculo quo cauſa inſtruitur, atque adeo ſcripturæ non minus, quam perſonarum teſtimonio (*n*) (II) Stricte pro ſcriptura ad rerum geſtarum fidem confecta ſive ſit publica ſive privata (*o*) (III) Strictiſſime pro ſcriptura publica (*p*)

Ex

(*k*) Pufendorf *de J. N. & G. L. III. C. VI. & VII.* B. Uffelmannus *de jure quo homo homini in ſermone obligatur C. VI. § 6.*

(*l*) *de J. B. & P. L. II. C. XI. §. 22.*

(*m*) conf. Teſmarus *ad h. l.* Dn. Vitriarius *Inſt. Juris Nat. & Gent. L. II. C XI. qu. 38.*

(*n*) *l. 1. ff. de Fid. Inſtrum. l. 99. §. 2. ff. de V. S.* B. Hahn *ad W. tit. de Fid. Inſtr. n. 21.*

(*o*) *l. 5. C. de Probat. l. 17, C. de Fid. inſtrum.*

(*p*) *l. 1. C. de Jurejur. propter calumniam.*

Ex his numero ſecundo adductæ ſignificationis mens prævalet, & eſt hujus loci. Vocabulum *indiſcretum* ex in & diſcretus participium a diſcerno compoſitum a Plinio aliisque Auctoribus Claſſicis ſumitur pro eo, quod minime ſeparatum & diſtinctum eſt. Hac ratione cautio indiſcrete loquens ſeu inſtrumentum indiſcretum jure civili vocatur, quod non continet cauſam debendi; (*q*) Jure Canonico cautio indeterminate loquens. (*r*) Ipſa vero cauſa debendi alias in jure quoque dicitur titulus.(*s*)

## V.

Priusquam ipſum noſtrum argumentum aggrediamur, ad majorem eorum, quæ infra dicenda erunt, illuſtrationem de inſtrumentis in genere quædam delibare, haut abs re erit. Quandoquidem igitur, quid per inſtrumenta intelligamus, paulo ante jam tum notatum; diſpeſcuntur, in genere in publica, & privata, inter quas ſpecies oppido multum ratione fidei intereſt. *Publica* dicuntur, quæ a perſona publica confecta atque adeo publica munita ſunt auctoritate. Eaque iterum vel *judicialia* ſunt a perſona publica in judicio confirmata, vel ſaltem ſigillo publico roborata, (*t*) vel *extrajudicialia*, quæ coram notario, vel tribus teſtibus confecta, atque ab his ſimul ſubſcripta (*u*) Ad *prioris generis publica* referimus (1) acta publica dummodo ſuis conſtent requiſitis (*w*) (2) ſcripturas & diplomata in archivis pu-

 plicis

(q) *l 25. in fin ff. de Probat. ibique Gloſſ. & D. D.*
(r) *cap. Ex literis 14. X. de Fide inſtrum. ibique Gloſſ. &* Felin.
(s) *l. 27. ff. Depoſ.*
(t) *l fin. C de Re jud.*
(u) *l. 11. C. Qui pot. in pign.*
(w) De his eleganter agit Martini *ad Proceſſ. Saxon. Tit. 20. ad rubr. n. 38. ſſ.*

blicis reperta (x) (3) apochas publicas (y) (4) libros cenſuales (z) (5) libros parochorum babtiſmales. (aa) *Ad poſterioris generis publ.* referenda cum primis inſtrumenta notariorum ſolenniter confecta. (bb) De quorum requiſitis ſolennibus ſecundum jus Romanum vid. Huber (cc) ſecundum jus Germanicum vero Conſt. Maximil I. von Notarien de A. 1512. (dd) Potiuntur vero inſtrumenta publica duplici effectu, tum ut plene probent, (ee) tum ut paratam executionem operentur, idque poſterius non quidem jure communi, ſed ex univerſali Germaniæ conſuetudine. (ff)

VI.

Privata inſtrumenta ſunt ſcripturæ ad memoriam rerum geſtarum conditæ, ſed publ. auctoritate deſtitutæ. Quo pertinet chirographum, ſyngrapha, apocha, litteræ privatæ (gg) Eaque pro ſcribente non probant, (hh) niſi ex conſuetudine vel lege fides ipſis concilietur, uti tale quid accidit in libris mercatorum quorum

(x) vid. B. Dn. Conſil. Engelbrecht *Diſſ. de Jure Archivorum §. 30. ubi Auctor. laudati.*

(y) *l. 1. C. de Apoch. publ.*

(z) De quorum requiſitis vid. Mev. *p. IV. d. 179.*

(aa) conf. Carpzov. *Juriſpr. Conſiſt. L. II. def. 315. n. 3.* Dn. Harprecht *Conſ. Tubing. XII. n. 10.*

(bb) *l. 17. C. de Fid. Inſtr.*

(cc) *in Prælect. ad Digeſt. tit. de Fid. Inſtr. n. 4.*

(dd) add. iterum Martini *ad. Proceſſ. Saxon. tit. 24. ad Rubr. n. 119.*

(ee) *l. 15. C. de Fid. inſtrum.*

(ff) Coler. *de Proceſſ. Execut. p. I. C. 3. n. 58. & p. III. C. 2. n. 1.* Berlich. *p. I. Concl. 80. n. 2. & n. 58.* & plures alii conducti a Guilielmo Anthonio de Freundeberg. De *Reſcriptis Moratoriis Tit. VII. Concl. 46. n. 1. 3. & 4.*

(gg) B. Dn. Conſil. Engelbrecht, *Compend. Juriſpr. tit. de Fid. Inſtr. §. 18.*

(hh) *l. 5. 6. 7. C. de Probat.*

quorum requiſita expoſuit Mevius. *(ii)* Interim hunc inſignem effectum habent, ut (I) probent contra ſcribentem, *(kk)* ſi cauſam debendi contineant, in authentica forma producantur, atque a ſcribente prius recognoſcantur. *(ll)* (II) Operentur executionem paratam contra ſcribentem dummodo ſcriptura ſit liquida, & recognita. *(mm)* Imo in his terris Brunſv. Luneb. licet non ſint recognita, executionem merentur, ſi modo liquida exiſtant. *(nn)* Dicitur vero inſtrumentum liquidum, quod in ſe continet quid, quale, quantum, cui, a quo, & ex qua cauſa debeatur. *(oo)* Guarentigiatum vero quo debitor creditori liberam concedit poteſtatem, ut in defectum ſolutionis ex bonis ſuis ſine via judiciaria ſibi ſatis facere poſſit. *(pp)*

## VII.

Quibus in genere propoſitis deſcribimus inſtrumenta indiſcreta, quod ſint illæ inſtrumentorum ſpecies, quibus non eſt adjecta cauſa debendi. Sedes hujus argumenti eſt in *l. 25. §. ult. ff. de Probat*, ubi Paulus JCtus

(ii) *p. I. D. 261.* Gail. *L. II. O. 20.*

(kk) *l. 1. §. 4. ff.* Quod juſſu *l. 26. §. fin. ff. Depoſ.*

(ll) B. Dn. Conſil. Engelbrecht *d. tit. §. 19.*

(mm) *R. J. de A. 1654. §.* hätte denen 39. *in fin.* Carpz. *Proceſſ. tit.* 22. Dn. Harprecht *Conſ. Tubing. 97. n. 21.*

(nn) vid. Conſtit. Frider. Ulrici Divæ memoriæ Principi wegen exequirung untadelhaffter Brieffe und Siegel *de A. 1617.*

(oo) Lauterbach. *in Comment. ad l. 27. De Reb. Cred. C. V. § 13.* Mev. *p. III. d. 16. & d. 179.* Sande *Deciſ. Friſic. L. 1. tit. 8. d. 3.* ill. Fabric. *ad Mynſing. Cent. II. O. 6.* Blum. *Proceſſ. Cam. tit 34. n. 120.*

(pp) Cardin. Tuſchus *Pract. Concl. Tom. III. Lit. G. Concl. 81. & Lit. I. Concl. 240.* Wehner. *Obſ. Pract. Lit. G. verb. Guarentigia.* & innumeri alii laudati ab Guilielm. Anton. *de Freundeberg de Reſcript. Morat. Tit. VII. Concl. 116.* add. Dn. Harprecht *cit. Conſ. Tubing. 97. n. 2.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166481-p0011-6

JCtus ita loquitur: *Sin autem cautio indebite expoſita eſſe dicatur & indiſcrete loquitur: tunc eum, in quem cautio expoſita eſt, compelli debitum eſſe oſtendere, quod in cautionem deduxit, niſi ipſe ſpecialiter, qui cautionem expoſuit, cauſas explanavit, pro quibus eandem conſcripſit: tunc enim eum ſtare oportet ſuæ confesſioni, niſi evidentisſimis probationibus in ſcriptis habitis oſtendere paratus ſit, ſeſe hæc indebite promiſiſſe.* Indeque tranſſumtum eſt *Cap. Si cautio 14. X. de fide inſtrumentorum,* ubi Gregorius IX. Papa: *Si cautio*, inquit, *quam a te indebite proponis expoſitam indeterminate loquatur, adverſarius tuus tenetur oſtendere debitum, quod continetar in ea. Sed ſi cauſam, propter quam hujusmodi ſcriptura proceſſerit, expreſſeris in eadem, confesſioni tuæ ſtatur, niſi probaveris, te id indebite promiſiſſe.* Conſpirant & alii textus haud ignobiles. (*qq*)

VIII.

Quandoquidem igitur nomen cujusvis negotii ſpeciatim

(*qq*) *in l. 49. in fin. ff. de Pecul. l. 26. ff. de Donat. l. 13. C. de N. N. Pec.*

tim exprimi debeat *(rr)* duplici ratione inſtrumentum pro indiſcreto habendum; vel quod absq; ulla expreſſione cauſæ debendi loquitur, vel quod cauſam quidem continet, illa tamen eſt generalis, v. g. confiteor me debere ex contractu, vel delicto. Quandoquidem enim tam variæ ſunt contractuum & delictorum ſpecies; oppido obſcurum, ex quo contractu vel delicto debeatur. Jam vero perinde eſt, utrum aliquid nullo modo ſit expresſum; an ita expreſſum, ut intelligi nequeat. *(ss)*

IX.

Aliud tamen dicendum, ſi nomen contractus ita ſit circumſcriptum, ut conſtet, ex quo contractu debitum oriatur, qua ratione verba æquipollentia procul dubio eundem affectum ſortiuntur. *(tt)* Ita mentio acceptæ pecuniæ des empfangenen Geldes / mutuum ſubeſſe ſatis arguit. *(uu)* Cenſetur enim verbum mutui errore ſcriptoris omiſſum, quod omnino ſupplendum cum in genere ubicunque magnæ pecuniæ quantitas absque cauſæ adjectione alicui datur, videatur eadem in dubio ex cauſa mutui data. *(ww)* Idem eſto judicium, ſi



(rr) Cravetta *de Antiquit. temp. rubr. quart. verb. Sic ſeptimo requiritur n. 46. fol.* 136. Stracha *de Mercat. p.* II. *n.* 57. *& latius n.* 60. *fol.* 229. Maſcard. *de Probat. L.* II. *Concl.* 973 *n.* 64. Jo. Dominic, Gait. *de Credit.* C. II. *n.* 177.

(ss) Stracha *d. p.* II. *n.* 60. *fol.* 292. Sigismund. Scaccia *de Judiciis L.* II. *C.* XI. *n.* 272.

(tt) *l.* 22. *pr. ff. ad SCtum Trebell. c.* 15. *X. de V. S,* Nicol. Everhard. *in Topic. Legal. loc. ab æquipoll.* Tabor ad Auguſtin. Barboſ. *Theſaur. L. I. c.* 38. *axiom.* 4.

(uu) vid. Carpz. *J. F. p.* I. *Conſt.* XVII. *def.* 39. *n.* 7.

(ww) Prout a Scabinis obſervatum meminit Hartmann. Piſtor. *O.* 39. *n.* 2. *in fin.* add. Carpzov. *d.* I. *n,* 8. *&* 9.

in inſtrumento aliquis fateatur, ſe habere ab aliquo centum, pro iisque annuatim promittere quinque vel ſex. Ibi enim mutuum ex uſura colligi poteſt. (*xx*) Quin & cauſa non raro pro ipſa debitorum & creditorum qualitate ſe ipſam tacite declarat, licet diſerte haud exprimatur; ut puta ſi mercator mercatori, ſcholaris præceptori, ægrotus medico, vulneratus chirurgo, miles armamentario indiſcretam cautionem expoſuerint. (*yy*) Quo etiam pertinet caſus, ſi aliquis forte diceret; tolle hanc pecuniam, ac recipiens eſſet pauper, vel conjuncta perſona, vel ſit aliquid modicum, vel merita recipientis præceſſerint. Tum enim argumentari tuto licebit, adfuiſſe animum donandi. (*zz*)

X.

Concludimus hinc (I) inſtrumentum transactionis eſſe indiſcretum, quod generaliter conceptum, nec expreſſe refert; quid ex cauſa transactionis datum, retentumve, vel promiſſum. (*aaa*) (II) Chirographum eſſe indiſcretum, cui non eſt adjecta cauſa mutui, vel dotis. (*bbb*) (III) Apocham pro indiſcreta habendam,

quæ

(*xx*) Huber. *Prælect. ad Digeſt. tit. de V. O. n. 3.* Dn. Berger. *Reſolut. Legum obſtantium. tit. de V. O. qu. 1.*

(*yy*) vid. e JCtis Germaniæ Petrus Friderus patria Mindanus *de Mandat. Judic. L. II. C. 64. §. 8.* Dn. Berger *cit. Quæſt. 1.* De Belgio teſtatur Grönwegen *de LL. Abrogat. in Hollandia ad l. 25. §. ult. ff. de Probat.* De Gallia Papon *L. X. tit. II. arr. 2.* & Bouvet. *tom. II. verb. Mineur. qu. 14.* & *verb. Schedules qu 3.*

(*zz*) Bartol. *in l. cum quid 3. ff. de R. C.* Bald. *in l. 1. C. ad SCtum. Vellej.* add. Petr. Schultzii *Diſſ. de Cauſa debendi C. 10. n. 7.*

(*aaa*) *arg. l. 1. ff. de Transact. l. 21. 38. C. eod.* Gail. *L. II. O. 13. n. 7.* & *O. 71.*

(*bbb*) *l. 5. l. 11. l. 13. l. 14. §. 1. C. de N. N. pec.* Struv. *in Deciſ. Sabb. C. XIII. Dec. II.* Thomæ *de Anargyria poſ. 7. n. 16.* add. Muller. *in Juriſpr. Element. Diſp. 39. th. 5. in Not. lit. d.*

quæ debiti cauſam non continet. (*ccc*) Idem (IV) ſentiendum de inſtrumentis ceſſionum, quæ faciunt mentionem dationis in ſolutum, & ex ea ceſſi nominis, ſed ſimul non continent, quid, & ex qua cauſa debitum fuerit, cujus nomine ceſſio facta. (*ddd*) Unde ceſſionario agenti ex ceſſione his formalibus facta: Das aus wichtigen Urſachen / und zur Bezahlung dieſer Poſt zu geſchlagen / plenior probatio injuncta a Facultate Francofurtenſi A. 1667. menſ. Septembr. A. 1667. teſte Brunnemanno. (*eee*) (V) De libro rationum tutoris & cujuslibet officialis publici certa bona adminiſtrantis, ſi cauſa expenſarum non appoſita. (*fff*) (VI) De codicibus & libris mercatorum, in quibus cauſa vel materia debiti non expreſſa, tam de jure conſuetudinario totius Germaniæ, (*ggg*) quam patrio ſtatutario Hamburgenſi. (*hhh*) Adeo, ut nec in his libris nude illa repetita: *item*, *item*, ſufficere, DD. velint. (*iii*) Ex allatis autem facile de qualibuscunque inſtrumentis indiſcretis judicium ferri poterit. Illud tamen addendum, quod inſtrumenta donationum nulla ratione pro indiſcretis haberi poſſint. Indeque ſi quis diceret in inſtru-

 mento

(*ccc*) B. Dn. Engelbrecht ſæp. cit. *Compend. Jurisprudentiæ tit. de Reb. credit.* §. 10.

(*ddd*) Petrus Friderus *de Mandat. L. II. C. 64. n. 1.* Mev. *p. IV. Dec. 372.*

(*eee*) *Comment. ad l. 2. ff. de doli mali & metus except. n. 7. & 8.* ubi duas inſignes limitationes adjicit.

(*fff*) Roland a Valle *L. 1. Conſ. 49. n. 28.* Scaccia *de Judiciis dict. L. II. C. XI. n. 271.*

(*ggg*) Gail. *L. II. O. 20.* Mev. *p. 1. Dec. 261.* Dn. Klein pecul. diſſ. *de Probat. quæ fit per libr. mercatur.*

(*hhh*) *Statuta Hamburgenſ. p. I. tit. 30. art. 6. ibi* Urſache der Schuld.

(*iii*) Huber. *Prælect. ad Digeſt. tit. de Fid. inſtrum. n. 19.* Dn. Pagenſtecher. *Itiner. injur. vapul. Cott. XVI. §. 2.*

mento: promitto tibi donare, non opus eſſet expreſſione cauſæ debendi, cum liberalitas ipſa ſit cauſa. (*kkk*) Eadem eſt ratio inſtrumentorum aſſecurationum, quæ polices vulgo vocari ſolent, & litterarum cambii. Quoniam quoad priora quælibet ſponſiones de rebus futuris non turpibus cauſam habent, (*lll*) quoad litteras vero cambii ſola acceptatio ſobligationem parit, & acceptantem debitorem conſtituit absq; ullius cauſæ debendi certa expreſſione, idq; ſecundum rationem & ſtylum: chi accetta paghi; qui acceptat, ſolvat; wer acceptiret muß zahlen (*mmm*).

---

# SECTIO SECVNDA.

## DE EFFECTV INSTRVMENTORVM INDISCRETORVM SECVNDVM JVS COMMVNE.

### Summaria

*§. 1. Præmittitur ſuccincta textuum l. 25. in fin. ff. de Probat. & cap. Si cautio 14. X. de Fid. inſtrum. analyſis.*

*§. 2. Ex inſtrumentis indiſcretis nequidem valide, multo minus executive agi poſſe oſtenditur.*

*§. 3. Sive ſint inſtrumenta privata, ſive publica extrajudicialia; aliud ſi publica judicialia exiſtant.*

*§. 4. An & quatenus, ſi promiſſioni vel obligationi ſine cauſa ſtipulatio vel pactum nudum acceſſerit, eadem valeat & probet? qua de re mirificus inter DD. & in ſpecie*

(*kkk*) *c. 1. X. de Donat.* Felin. *ad c. Si cautio X. de Fide inſtrum. n. 4.*

(*lll*) Stracha *de Sponſion. p. III. n. 2.* Sande *Decis. Friſic. L. III. tit. IX. def. 1.* Brunnem. *Comm. ad cit. l. 2. ff. de Dol. mal. & metus except. n. 9.* Huber. *Prælect. ad Inſtit. tit. de Inutil. ſtipul. n. 12.*

(*mmm*) Boer. *Dec. 333.* Rotæ Genuæ *Dec. 104. n. 9. & Dec. 168. n. 2.* Marquard. *de Jur. Mercat. L. II. C. XII. n. 84.* Voigt. *de Camb. th. VII. p. 128. verſ. 4.*

*cie Carpzovium & Berlichium diſſenſus.*

§. 5. *Inſtrumenta indiſcreta valere, ſi cauſa aliunde probari poſſit, vel etiam per conjecturas, id quod inſigni incluti JCtorum Ordinis in hac Acad. Julia Reſponſo illuſtratur.*

§. 6. & 7. *Quomodo defectus cauſæ ſuppleri poſſit, & inſtrumentis indiſcretis vis & efficacia obligationis accedat, indagatur.*

§. 8. *Qualis ſit inſtrum. indiſcret. effectus inter mercatores, inquiritur.*

I.

EXpoſita indole atque natura inſtrumentorum indiſcretorum, de eorum effectu quoque videndum. Hac de re vero non una eſt Interpretum juris noſtri ſententia. Quod ſi ipſos textus *l. 25. in fin ff. de Probat. & Cap. Si cautio 14. X. de fid. inſtrum.* ſupra relatos excutimus; revera inibi ſolummodo agi videtur; de condictione indebite promiſſi, & cui tunc opus probandi incumbat, ex cauſa debitum fuiſſe, non ex errore. Atque diſtinguitur utrum ſine cauſa expreſſa promiſſum, quo caſu probet creditor cauſam veram ſubeſſe, quia ſibi imputet ſtipulanti; An vero ſit expreſſa, tunc promiſſori incumbit probare nullitatem cauſæ, vel errorem. (*a*)

II.

Quicquid tamen hujus ſit, praxis hanc rem latius extendit. Hinc DD. communiter concludunt, nullam eſſe obligationem, ubi cauſa obligandi haud appareat, indeque ex inſtrumentis indiſcretis neque validam actionem competere], (*b*) nec ſi aliquid exin-

 de

(*a*) vid. Hilligeri Donellus *L. XIV. C. 37. lit. C.* Franzkius *Exercit. X. qu. 9.* Schilterus *Exerc. ad Pand. XXII. §. 63.* Rennemann. *Juriſpr. Rom. Germ. Membr. III. S. de Jure obligationum Diſp. V. theſ. I. lit. d.*

(*b*) vid. Gloſſ. *in l. 1. verb. apud judices ff. de interrog. in jur. fac.* Hippol. de Marſiliis *Singul. 219. n. 1. & ſſ.* Jo. Köppen *Deciſ. 34. n. 5.* Mynſing. *in*

de perſolutum, condictionem indebiti denegari poſſe. (c) Qui enim ſine cauſa promiſit, ex errore promiſiſſe videtur, error vero excludit conſenſum omnis obligationis nativæ fundamentum (d). Multo minus ergo ex ejusmodi inſtrumentis executive agi poteſt. Licet enim haud negemus, ceu ſupra quoque obſervatum, multorum locorum ſtatutis & conſuetudine inſtrumentis hodie paratam tribui executionem (e) ſecus ac jure civili. (f) Attamen cum inter alia debiti liquidi requiſita non ultimum ſit expreſſio cauſæ debiti & obligationis; litteræ, inſtrumenta, & cautiones obligatoriæ indiſcretæ executionem minime merentur (g).

III.

Hactenus dicta non ſolum intelligenda de inſtrumentis privatis, verum etiam publicis extrajudicialibus, ita tamen ut parti detur hoc caſu actio ad intereſſe contra notarium, qui ex ignorantia nocuit. (h)

Alia

*c. Si cautio 14. X. de Fid. inſtr. n. 1. & ſſ.* Gail. *L. II. O. 13. n. 9.* Gilm. *Deciſ. Camer. L. I. Dec. 10. n. 32.* ubi hanc communem & uſu practico receptam eſſe dicit.

(c) vid. Petr. Friderus *de Mandat. L. II. C. 64. n. 1.*

(d) Petr. Schultz. *Diſſ. de Cauſa debendi C.* III. §. 4.

(e) Quoad terras Brunſvico-Luneb. videri poteſt Conſtitutio ſupra adducta Divi Friderici Ulrici wegen exequirung untadelhaffter Brieff und Siegel. *de A. 1617.* De jure patrio Hamburgenſi teſtantur *ſtatuta p. I. tit. 20. art. 2 & 3.* add. Blockii *diſſert.* ſub præſidio Lauterbachii habit. *de juris civilis Canonici & Statut. Hamburg. differentiis principibus* §. 19. ubi in compluribus aliis locis idem obtinere commonſtrat.

(f) *l. 9. C. de O. & A.* Theſaurus *Dec. 26 n. 1. ſſ.* Carpz. *L. IV. Reſp. 9. n. 1. & ſſ.*

(g) Petr. Friderus *L. II. d. c. 64.* Coler. *de Proceſſ. Execut. p.* III. *c. 1. n. 7. & ſſ.* Mev. *p.* II. *dec. 22. n. 8. & ſſ. & Comment.* über des Hertzogthums Bremen *Conſtitution* von wucherlichen *Contracten C.* III. §. 3. Carpzov. *p. I. Conſt. XVII. def. 39. ubi eximia præjudicia.*

(h) conf. P. Schultzii diſſ. cit. *de Cauſa Debendi C. III.* §. 4.

Alia vero eſt ratio inſtrumentorum judicialium. Cum enim in his error & doli ſuſpicio propter magiſtratus autoritatem ceſſet; tuto concludere licet, omnem confeſſionem ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis in judicio factam absque omni cauſæ expreſſione probare, ac obligare promittentem. (*i*) Et utut obſtare videatur *l. 3. §. 11. ff. de pecul.* ubi habetur, quod in judicio quaſi contrahatur, & inde quaſi contractus non plus poſſit operari, quam verus, jam autem in vero deſideratur cauſa, ergo & in quaſi; propterea tamen a communi DD. ſententia haud recedendum eſſe, contendit Felinus. (*k*)

## IV.

An vero ſi in promiſſione, vel obligatione ſine cauſa ſtipulatio intervenit, obligatio illa cauſæ expreſſione carens ob ſtipulationem adjectam valeat, & probet? ea de re multa in foro diſputatio eſt, tametſi cum Schiltero (*l*) haud negandum, diſſentientes pleroſque ſtatum controverſiæ non ſatis expediiſſe. Si dicendum quod res eſt, communis DD. ſchola negativam ſententiam amplectitur. (*m*) Interim contrariæ aſſer-

(*i*) Felin *in d. cap. Si cautio 14. X. de Fide inſtr. n. 10. & ſſ.* Anton. de Padilla *in l. Sive apud acta n. 7. C. de Tranſact.* Hartm. Piſtor *O. 39. n. 7.* Maſcard. *de Probat. Vol. I. Concl. 345 n. 16.*

(*k*) dict. loc. add. Barboſa *ad cit. cap. 14. X. de Fid. inſtr. n. 2.* Carpzov. *p. I. C. 17. def. 40:* ubi ita deciſum refert it. ill. Strykius *de C. C. Sect. II. C. VII. §. 7.*

(*l*) *Exercit. ad Pand. XXII. §. 63.*

(*m*) per *l. 2. §. 3. ff. de Except. dol. mal.* vid. Papienſ. *form. libell. quo agitur ut, pacta ſerventur gl. diſcuſſis n. 4. ibi: Sicut nec ſtipulatio & ſſ.* Cardin. Mantica *de Tac. & Ambig. Convent. L. XIV. tit. 12. n. 1. 2. & ſſ.* Anton. Gomez. *tom. II. Reſol. C. IX. n. 3.* Paulus de Caſtro *Vol. II. Conſ. 169. n. 2.* Tiraquellus *ad l. Si unquam. verb. donatione largitus C. de Revocand. donat. n. 56.* & denſa D.D. nubes ap. Berlichium *Dec. XCVI. n. 19.* add.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166481-p0019-4

aſſertionis ſectatores rationes quoq; non contemnendas expromunt. Prima earum eſt, quod ſtipulatio per ſe ſit contractus, & propria ſua forma conſiſtat, (n) atq; obligationem producat civilem non minus, quam naturalem. (o) Deinde quoniam ſi ſtipulatio per ſe ſine alia cauſa non foret efficax, non ex ſtipulatione, ſed ſtipulationis illius cauſa deberet ſolvi, & fruſtra referretur inter cauſas ſeu titulos acquirendi, (p) neque etiam alium contractum, cui adhiberetur, poſſet firmare; cum ſi principalis cauſa non valet, nec ea quidem, quæ ſequuntur, poſſint valere. (q) Tum ob textus *l. 21. & 108. ff. de V.O.* quos hanc in rem adducit & urget Gœddeus (r) Demum quia in dicta *l. 2. §. 3. ff. de Except. dol. mal.* in qua negativæ ſententiæ defenſores totum ſuum fundamentum ponunt, non agatur de ea ſtipulatione, in qua omnino nulla cauſa exprimitur, ſed in qua quidem ab initio cauſa promittendi fuit, ſed ea vel falſa, cujus falſitas poſtea apparuit, & ſi ab initio de ea conſtitiſſet, quis non promiſiſſet, vel vera fuit, ſed quæ non ſecuta, vel ad non juſtam cauſam redacta, conſequenter in effectu tantum ſtipulatio ſine cauſa contracta fuit. (s)

Indeque

Gail. *L. II. O. 13. n. 9.* Brunnem. *Comment. ad d. l. 2. ff. de Except. dol. mal. n. 4.* ubi hanc ſententiam communem vocat. Dn. Stryk *de C. C. S. II. C. VII. §. 5.* Dn. Berger. *Reſol. LL. Obſt. tot. de V. O. qv. I.*

